insigniter probaverit, cum libenter intelleximus
monstratum esse partium diligentiam, aequanimique gra- de A.o 1591.
ti animi significatione et agnoscamus. Sciet itaque P. V. R.
quicquid operae, consilii atque industriae in ea tam gra-
vi Cardinalium deliberatione adhibuit, ut talis eli-
geretur, qui in procuranda Christiani populi salu-
te ac prosperitate studia et vota cum Augusta domo
nostra coniuncta habeat, nobis esse tam gratum, quam
quod gratissimum et Ecclesiae eiusque dignitatem merito fue-
rit hoc tempore utilissimum. Ut vero P. V. R.ma
praeclaram illam, quae nobis grata sint, praestandi vo-
luntatem, ubicunque res tulerit, continuare benevole
pergat, iterum atque iterum ab ipsa pro fiducia nostra
solita postulamus. Id nobis vicissim est quod P. V. R.
omnem grati ac memoris animi propensionem, quam
polliceremur, quavis occasione expectet. Prag. 4. Jan: 1591.

Cardinali Scipioni Gonzagae
gratia. Rudolphus etc.

R.me Quod literae P. V. R. prae se ferunt, idem luculen-
ta aliorum, praecipue vero R.mi in Christo Patris Car-
dinalis Madrutii et Oratoris nostri testificatione
intelleximus, quam prompte nimirum ipsa, quam sincere
quaecunque nobis grata et Augustae domui nostrae ex-
portuna sint in gravissima de capite eligendo Ecclesiae
consultatione praestiterit. In quare cum pristinam
P. V. R.mae benevolentiam quam variis antehac occasi-
onibus ipsa nobis probavit, agnosceremus, praetermittere
noluimus, quin gratum erga ipsam animum vicissim
declararemus, eandemque de navata praeclare opera pluri-
mum laudemus. Ut vero P. V. R.ma suum in Nos,
inque domum nostram studium ita continuare be-
nevole pergat, etsi id ipsum pro singulari observan-
tia in nos sua, sua sponte facturam confidimus, qua-
nam vehementer tamen id nobis gratum facturam
est, etiam atque etiam ab ipsa postulamus. Experietur
nos P. V. R.ma gratos ac memores, ut propensissimae
voluntatis nostrae inclinatio ipsi perspectius constet. Prag.
4. Jan. 1591.

187

Cardinali Comensi gratia.
Rudolphus etc.

188

R.me etc. Magna sane voluptate nos affici sentimus cum insi-